



humanis iratum^a monstrabat, a nonnullis ob indignam episcopalem sacerdotalemque^b exiliacionem, propulsionem, spoliacionem et || verberacionem, a plerisque ob indignam Andree Thanczinski^c necem, Divinissimo Sacramento inhonorato patratam et edis beati Francisci violacionem accidisse credita. Castri^d et opidi Lanciencis conflagracione ex castro habens ortum^e Cracoviensis civitatis^e vicesima tertia^f Maii secuta est. Duo^g, anno nondum revoluto^h, aput Cracoviamⁱ accidisse mihi^j -i monstra^k visa sunt: Andree^l Thanczinski^m occisio voluntaria et conflagracione urbis violenta. Illam, cum inhibere singulis licuisset, singuli ad patrandum eam maluerunt grassari; hanc cum restringere cuncti conarentur, omnibus tamenⁿ a flammigero vomitu adimebatur^o facultas, ut satis mirandum sit prioris qualitatem facinoris casum subsequentem relacione opposita compensasse.

HP V||343

Casimirus Poloniae et Georgius Bohemiae reges Glogoviae congressi, foedus ferunt et Bavariae dux contra marchionem Brandenburgensem regem Poloniae sollicitat

Conventu Lancienci transacto Casimirus Polonorum rex in^p Glogoviense^q opidum^p tendens (iam enim nuncii sui facto in^r Bohemie regem super rebus Pruthenicis, explorata^s primum mente eius, compromisso plenario redierant), quarta^t Maii in Colo^u¹⁰⁵ ex Lancicia, abinde vero^v in Wschowa¹⁰⁶ quindecima Maii^w, comitantibus^x illum Ioanne Gnesnensi archiepiscopo¹⁰⁷, Ioanne Wladislaviensi, Andrea Posnaniensi episcopis, Ioanne castellano Cracoviensi¹⁰⁸, Luca Posnaniensi palatino^y aliorumque dignitariorum et militum^y ex Polonia, Lithuania et Prussia^z accersitorum frequenti caterva, pervenit^z. Instantibus autem Zdenkone Konopniczki burgrabio Pragensi¹⁰⁹ et Wilhelmo Zayancz^{aa}¹¹⁰, a rege Bohemie Georgio (qui^{ab} ac^{ac} die Veneris XIII^{aad} Maii in Glogoviam, Iodoco Wratislaviensi¹¹¹, Prothasio Olomuncensi¹¹² episcopis, Conrado Nigro et Conrado Albo Oleschnicensibus^{ae}¹¹³,

O, C, S, Cz, Gn

^a esse add. O, Cz, Gn ^b sacerdotialemque O, Cz, Gn ^c Theczinski Cz ^d deinde add. O, Cz, Gn ^{e-e} om. O, Cz, Gn ^f die mensis add. O, Gn ^g monstra add. O, Gn ^h revoluta C ⁱ⁻ⁱ ~ S ^j om. Cz ^k om. O ^l Andrea C ^m Theczinski Cz ⁿ tum S ^o adnuebatur S ^{p-p} oppidum Glogow O, Gn; Glogoviam opidum Cz, Gn ^q Glogoviensem C ^r Georgium add. O, Gn ^s exploratam C ^t die mensis add. O, Gn ^u manu posteriore, voce quo del. C ^v om. Cz ^w die frequenti caterva pervenit add. O, Gn; non frequenti caterva pervenit add. Cz ^x videlicet add. O, Cz, Gn ^{y-y} aliisque dignitariis et militibus O, Cz, Gn ^{z-z} accersitis, iam enim rex Bohemiae Georgius O, Cz, Gn ^{aa} Zayacz Cz; Zayew S ^{ab} om. O, Cz, Gn ^{ac-ac} supra, post vocem pervenit O, Cz, Gn ^{ad} quarta decima mensis O, C, Cz, Gn ^{ae} et add. Cz

HP V||344

Henrico Glogoviensi¹¹⁴ et Ianussio Zeganensi¹¹⁵ ducibus ceteraque Bohemorum multitudine stipatus, pervenerat^{-ac}) ad conducendum^{a-} Casimirum regem^{b-} missis, Casimirus Polonorum rex deliberacione^c, qua volvebatur, an^d sacius foret consiliarios utriusque regis pro digerendis^e rebus perprius convenire quam reges et que illum aput Wschowam^{f-} diebus tribus^{-f} distinebat, ommissa^g, die Martis decima || octava^h Maii ex Wschowaⁱ, gentibus suis in sex agmina dispartitis, in pulcherrimo maximoque tam^j apparatu quam splendore, quinque agminibus precedentibus, Casimiro rege cum prelatis et baronibus in sexto subsequente, egressus^k a Georgio Bohemie rege¹¹⁶ episcopisque, principibus et baronibus suis ad unum miliare, dum Glogoviam appropinquasset, illi occurrentibus et in equis sese mutuo salutantibus, exceptus atque in arcem Glogoviensem, Bohemie rege in pretorii ede hospitato, deductus est^l.
^{m-} Superaturum se^{-m} rex Bohemie Georgius tam apparatu quamⁿ numero^{o-} et robore^{-o} gen-
 cium Casimirum Polonorum^p regem^q magnopere^r, quo potencie sue fama aput Almanie prin-
 cipes celebrior foret, exestuans^s, ad conventum^t Glogoviensem venturus, maiores quo poterat
 copias solita vanitate^u, spem illius Alberto Kosthka¹¹⁷ demulcente, contraxerat^v. Sed Polono-
 rum robur, ^{w-} armorum quoque^{-w}, gemmarum, equorum, auri argentique ideam tantosque^x
 apparatus offendens^y, quantos nunquam fuerat arbitratus^z, ^{aa-} Zdenkonem Konopniczki se
 sibi minora^{ab} quam oculis coram cerneret^{-aa} predixisse asseverans^{ac}, miratus^{ad} ad Albertum
 Kosthka vires et fortunam Polonici regis aput aures eius extenuare solitum conversus et non
 parum illi^{ae}, vinci se omnifariam et plus quam triplicato numero cernens excedi, ^{af-} pro men-
 dacio iratus^{-af}: „Quam^{ag} probe – inquit – mentiri mihi^{ah} tantum et assentari gestiens^{ai},
 non satis ad liquidum Polonorum, licet aput illos diucius moratus es, potenciam estimasti”.
 Altera die per consiliariorum dumtaxat utriusque regis tractatus absumpta, tertia in epulis
 et hilaritate^{aj} (Polonorum enim rex Casimirus Bohemicum regem et omnes suos prandio
 sumptuoso, magnifico et splendido^{ak}, Bohemie rege, dum eciam in hoc genere vinci metuit,

O, C, S, Cz, Gn

^{-ac} cf. supra p. 31 ^{a-a} ~ O, Gn ^b om. Cz ^c ommissa add. O, Cz, Gn ^d om. S ^e dirigendis O, S, Gn
^{f-f} ~ O, S, Gn ^g om. O, Cz, Gn ^h mensis add. O, Gn ⁱ egressus add. O, Cz, Gn ^j qui add. Cz
^k om. O, Cz, Gn ^l om. Cz ^{m-m} om. O, Cz, Gn ⁿ et O, Gn ^{o-o} roboreque O, Gn ^p om. O, Gn; Polo-
 niae S ^q superare add. O, Cz, Gn ^r exestuans add. O, Cz, Gn ^s om. O, Cz, Gn ^t conventionem O, Cz, Gn
^u contraxerat add. O, Cz, Gn ^v om. O, Cz, Gn ^{w-w} armorumque O, Gn; armorum Cz ^x et tantos O, Cz, Gn
^y effundens C; om. O, S, Cz, Gn ^z offendens et asservans minora sibi quam oculis cerneret add. O, Gn; offendens
 et asseverans minora quam oculis cerneret add. Cz ^{aa-aa} Konopniczki Zdenkonem O, Gn; Sdencone Conop-
 niczki Cz ^{ab} maiora S ^{ac} om. O, S, Cz, Gn ^{ad} est atque add. O, Cz, Gn ^{ae} pro mendacio iratus add. O, Cz, Gn
^{af-af} om. O, Cz, Gn ^{ag} quantum O, Gn; quoniam Cz ^{ah} om. O, Cz, Gn ^{ai} mihi add. O, Cz, Gn ^{aj} traducta
 add. O, Cz, Gn ^{ak} tractaverat add. O, Cz, Gn

nullam reddente vicem, ^{a-}tractaverat) traducta^{-a}, novennis^{b c-} diebus deinceps^{-c} consiliis vacatum^d et fedus inter reges in^e mortem tantummodo utriusque duraturum, sub condicio- nibus aput Bithomiensem^f dietam¹¹⁸ digestis, sancitum est. Quibus has adicere, quo fedus honestius validiusque esset, placuit, ut Turco terras et dominia Regni Polonie invadente, Bo- hemie rex solacium^g regi Polonie omnibus potenciis ferat, par suffragium, si Bohemia in- vasa a^h Turco fuerit, a Polonie rege habiturus; ut super castris Osswanczim¹¹⁹, Wolek¹²⁰, Zathor¹²¹, Zywyecz¹²², Szyewyor¹²³, Berwalth¹²⁴ i⁻ⁱ regem Polonie⁻ⁱ Bohemicus non in- quietet et super dote^{j-} Polonie regi^{-j} a Ladislao Hungarie et Bohemie^k rege¹²⁵ inscripta Bo- hemie regem, dum vivit^l, Polonicus non admoneat^m; ut dieta, si eam inter reges teneri conti- gerit, in civitate Regni Polonie || fiat. Super rebus Pruthenicis, gracia quarum militares et cives Prussie cum Casimiroⁿ rege Glogoviam accesserant, nulla ordinacio habita^o, quod magister et ordo Cruciferorum, iuxta sponsionem^{p-} Georgio regi^{-p} factam, venire fefellerant, castri et opidi Brodniczensis conquisicione pacis desiderium in eis variante. ^{q-}Missa tamen litera^{-q} petebant rem in sancti Iacobi diem^r ¹²⁶, quod aput utrumque regem pro ludibrio acceptum est, differri^s. Ludovicus Bavarie dux¹²⁷, missis in dietam huiusmodi nunciis, Polonie regem^t de inferendo Friderico marchioni Brandenburgensi¹²⁸ bello precabatur, offerens se omnibus potenciis suis contra Cruciferos solacia^u regi Polonorum^v laturum.

HP V||345

Reges Poloniae et Bohemiae Glogovia discedunt et Paluki vastantur ab hostibus

Datis adinvicem muneribus^w reges Glogovia penultima^x Maii discedunt¹²⁹ et Bohemico divertente in Lusaciam^y ¹³⁰ (tunc ^{z-}primum enim^{-z} illius consecutus est^{aa}, Friderico mar- chione Brandenburgensi de ea excedente, possessionem^{ab}), Polonicus in^{ac} Posnaniam per- venit. Quo illic tribus hebdomadis^{ad} immorante, hostes ex Choynicza¹³¹ usque in regio- nem, que Paluki¹³² cognominari consuevit, grassati, sex villis exustis, Matthiam Slupski¹³³

O, C, S, Cz, Gn

^{a-a} *om. O, Cz, Gn* ^b *novem O, Cz, Gn* ^{c-c} *~ Cz* ^d *est add. O, Gn* ^e *ad O, Cz, Gn* ^f *Vithomiensem S*
^g *auxilium regno et O, Gn* ^h *est Cz* ^{i-i, j-j} *~ O, Gn* ^k *olim add. O, Gn* ^l *venit Cz* ^m *admoveat Cz*
ⁿ *Poloniae add. O, Gn* ^o *est add. O, Cz, Gn* ^{p-p} *~ O, Gn* ^{q-q} *missis tamen litteris O, Cz, Gn* ^r *differri*
^s *add. O, Cz, Gn* ^t *Casimirum add. O, Gn* ^u *auxilia O, Cz, Gn* ^v *Poloniae O, S, Gn*
^w *Casimirus Polonie et Georgius Bohemie add. O, Gn* ^x *mensis add. O, Cz, Gn* ^y *Lusaciam Gn; Lanciciam Cz*
^{z-z} *~ O, S, Cz, Gn* ^{aa} *et Cz; possessionem add. O, Cz, Gn* ^{ab} *om. O, Cz, Gn* ^{ac} *om. O, Gn* ^{ad} *diebus O*

cum^{a-} aliquot aliis^{-a} militaribus in curiis eorum captivant. De quo malo Wladislaus castellanus et capitaneus Naklensis¹³⁴, quasi eo instigante et suffragante patratum fuerit^b, a plerisque insimulatus est. Cuius pro eodem tempore gentes numero quadringenti apud Saxones predas agentes, hostibus ex Choynicza Saxones adiuvantibus, conflicte^c sunt et paucioribus evadentibus, plures desiderati. Ex^d Posnania Casimirus rex discedens¹³⁵, pro festo Visitacionis Sancte Marie Virginis^e ¹³⁶ Iuniwladislaviam¹³⁷ venit et^{f-} curienses suos^{-f}, adiuncta illis agrestium falces gestancium grandi caterva, versus Chelm^g ¹³⁸ destinavit, a quibus omnia in circuitu blada^h, ne profectui hostium accederent, succisa sunt. ||

HP V||346

*Summus pontifex Pius secundus Wratislavienses pro fidelitate
in ecclesiam indulgentiis onerat*

Pro festo sancti Ioannis Baptiste¹³⁹ die secundus iubilei apud Wratislavienses agebatur annus, Wratislaviensium enim civium fidei zelum et sinceritatem, quod Georgium Bohemie regem hereseosⁱ labe^j inquinatum suscipere, extrema eciam perprius^k toleraturi, detractaverant, summus pontifex papa Pius^l, Gyrzikone^m (quodⁿ crebra pollicitatione pape firmaverat) non abdicante errores, premiaturus^o, in annos quinque iubilei gratiam, a primis dumtaxat Vesperis pro die sancti Ioannis Baptiste ad secundas duraturam concessit, ordinans, ut pecunie pro arbitrio consequi indulgentiam volencium in capsas reponende, duabus partibus in edificaciones ecclesiarum^p, hospitalium et poncium sustentacionemque egenorum reservatis, pars tertia collectori apostolico, in edificacionem basilice sancti^q Petri de Urbe¹⁴⁰ convertenda, consignaretur. Propinquitate itaque loci et facilitate impense Christifideles permoti, in multitudine adeo frequenti Wratislaviam ex regionibus^{r-} vicinis, precipue^{-r} tamen^s ex Polonie Regno, convenerant, ut vicis et plateis repletis sine pressura non pateret^t cuiquam incessus.

O, C, S, Cz, Gn

^{a-a} ~ *O, Gn*; aliis *Cz* ^b fuit *S* ^c profligatae *O, Cz, Gn* ^d *om. O, Gn* ^e *om. C, S, Cz* ^{f-f} aulicos suos *O, Gn*; curiensibus suis *C, S* ^g Chelmo *C, S, Cz* ^h blanda *Cz* ⁱ heresis *O, Cz, Gn* ^j tabe *Cz* ^k proprius *S* ^l secundus *add. O, Gn* ^m Georgio Bohemiae rege *O, Gn* ⁿ quidem *Cz* ^o *om. Cz* ^p ecclesiarum *Cz* ^q beati *S* ^{r-r} ~ *Cz* ^s tum *S* ^t pateretur *O, Cz, Gn*